

Michaelis Alberti Propempticon inaugurale de falso sensu medico naturae corporeae Hippocratico.

Contributors

Alberti, Michael, 1682-1757.

Publication/Creation

[Halle], [1718]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/dtn3sqx9>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

D. MICHAELIS ALBERTI,
DTENTISS. REGIS PORUSSÆ CONSILIARII AULICI,
EDICINÆ PROFESSORIS PUBLICI ORDINARI, PHILOS.
NATUR. EXTRAORD. REIPUBL. NORIBERG. PHYS.
ORDIN. ACADEM. NAT. CURIOS.
COLLEGÆ,
PROPEMPTICON INAUGURALE
DE
F ALSO SENSU
MEDICO NATURÆ
CORPOREÆ HIPPO-
CRATICO.

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
4410
4411
4412
4413
4414
4415
4416
4417
4418
4419
4420
4421
4422
4423
4424
4425
4426
4427
4428
4429
4430
4431
4432
4433
4434
4435
4436
4437
4438
4439
4440
4441
4442
4443
4444
4445
4446
4447
4448
4449
4450
4451
4452
4453
4454
4455
4456
4457
4458
4459
4460
4461
4462
4463
4464
4465
4466
4467
4468
4469
4470
4471
4472
4473
4474
4475
4476
4477
4478
4479
4480
4481
4482
4483
4484
4485
4486
4487
4488
4489
4490
4491
4492
4493
4494
4495
4496
4497
4498
4499
4500
4501
4502
4503
4504
4505
4506
4507
4508
4509
4510
4511
4512
4513
4514
4515
4516
4517
4518
4519
4520
4521
4522
4523
4524
4525
4526
4527
4528
4529
4530
4531
4532
4533
4534
4535
4536
4537
4538
4539
4540
4541
4542
4543
4544
4545
4546
4547
4548
4549
45410
45411
45412
45413
45414
45415
45416
45417
45418
45419
45420
45421
45422
45423
45424
45425
45426
45427
45428
45429
45430
45431
45432
45433
45434
45435
45436
45437
45438
45439
45440
45441
45442
45443
45444
45445
45446
45447
45448
45449
45450
45451
45452
45453
45454
45455
45456
45457
45458
45459
45460
45461
45462
45463
45464
45465
45466
45467
45468
45469
45470
45471
45472
45473
45474
45475
45476
45477
45478
45479
45480
45481
45482
45483
45484
45485
45486
45487
45488
45489
45490
45491
45492
45493
45494
45495
45496
45497
45498
45499
45500
45501
45502
45503
45504
45505
45506
45507
45508
45509
45510
45511
45512
45513
45514
45515
45516
45517
45518
45519
45520
45521
45522
45523
45524
45525
45526
45527
45528
45529
45530
45531
45532
45533
45534
45535
45536
45537
45538
45539
45540
45541
45542
45543
45544
45545
45546
45547
45548
45549
45550
45551
45552
45553
45554
45555
45556
45557
45558
45559
45560
45561
45562
45563
45564
45565
45566
45567
45568
45569
45570
45571
45572
45573
45574
45575
45576
45577
45578
45579
45580
45581
45582
45583
45584
45585
45586
45587
45588
45589
45590
45591
45592
45593
45594
45595
45596
45597
45598
45599
45600
45601
45602
45603
45604
45605
45606
45607
45608
45609
45610
45611
45612
45613
45614
45615
45616
45617
45618
45619
45620
45621
45622
45623
45624
45625
45626
45627
45628
45629
45630
45631
45632
45633
45634
45635
45636
45637
45638
45639
45640
45641
45642
45643
45644
45645
45646
45647
45648
45649
45650
45651
45652
45653
45654
45655
45656
45657
45658
45659
45660
45661
45662
45663
45664
45665
45666
45667
45668
45669
45670
45671
45672
45673
45674
45675
45676
45677
45678
45679
45680
45681
45682
45683
45684
45685
45686
45687
45688
45689
45690
45691
45692
45693
45694
45695
45696
45697
45698
45699
45700
45701
45702
45703
45704
45705
45706
45707
45708
45709
45710
45711
45712
45713
45714
45715
45716
45717
45718
45719
45720
45721
45722
45723
45724
45725
45726
45727
45728
45729
45730
45731
45732
45733
45734
45735
45736
45737
45738
45739
45740
45741
45742
45743
45744
45745
45746
45747
45748
45749
45750
45751
45752
45753
45754
45755
45756
45757
45758
45759
45760
45761
45762
45763
45764
45765
45766
45767
45768
45769
45770
45771
45772
45773
45774
45775
45776
45777
45778
45779
45780
45781
45782
45783
45784
45785
45786
45787
45788
45789
45790
45791
45792
45793
45794
45795
45796
45797
45798
45799
45800
45801
45802
45803
45804
45805
45806
45807
45808
45809
45810
45811
45812
45813
45814
45815
45816
45817
45818
45819
45820
45821
45822
45823
45824
45825
45826
45827
45828
45829
45830
45831
45832
45833
45834
45835
45836
45837
45838
45839
45840
45841
45842
45843
45844
45845
45846
45847
45848
45849
45850
45851
45852
45853
45854
45855
45856
45857
45858
45859
45860
45861
45862
45863
45864
45865
45866
45867
45868
45869
45870
45871
45872
45873
45874
45875
45876
45877
45878
45879
45880
45881
45882
45883
45884
45885
45886
45887
45888
45889
45890
45891
45892
45893
45894
45895
45896
45897
45898
45899
45900
45901
45902
45903
45904
45905
45906
45907
45908
45909
45910
45911
45912
45913
45914
45915
45916
45917
45918
45919
45920
45921
45922
45923
45924
45925
45926
45927
45928
45929
45930
45931
45932
45933
45934
45935
45936
45937
45938
45939
45940
45941
45942
45943
45944
45945
45946
45947
45948
45949
45950
45951
45952
45953
45954
45955
45956
45957
45958
45959
45960
45961
45962
45963
45964
45965
45966
45967
45968
45969
45970
45971
45972
45973
45974
45975
45976
45977
45978
45979
45980
45981
45982
45983
45984
45985
45986
45987
45988
45989
45990
45991
45992
45993
45994
45995
45996
45997
45998
45999
459999



Um ante præterlapsum tem-
pus peculiari programmate In-
augurali ex Hippocrate & fidis atque
ingenuis illius sequacibus com-
monstraverim quod per naturam
non *corporeum*, sed *incorporeum*
principium agnoscendum sit, &
verum *Sensum medicum naturæ incorporeæ Hippocraticum*
commendaverim, ita placuit hac occasione de *Falso Sensu*
Medico Naturæ corporeæ Hippocratico paucis differere, ut
pro meliori *Naturæ intellectu* ex ipsis *antiquitatis rude-*
ribus illucescat, quodnam subjectum aut prædicatum
hoc nomine *dignum* deprehendatur, aut *genuinas functiones*, *naturæ competentes*, ritè & perite administrare vale-
at: Sed ne in hac consideratione in *vulgarem labyrinthum*
incidamus, præstat ante omnia *communes* acceptiones na-
turæ probè nosse & providè discernere, siquidem non
sufficit ad illas *obsoletas authoritates provocare*, quod
hic hanc, aliis aliam *qualitatem* per naturam intellexerit,
aut quod veteres satis sæpe de *natura corporis* tractave-
rint

rint & differuerint, cum sane de *natura* tot *sensus* valeant, quot fere *capita* sunt; illud vero necessarium atque utile erit disquirere, an *generalis* quidam conspectus & conceptus de natura ab omni ferme tempore inveniri queat, & an peculiaria *prædicata* de natura, rationi & communi acceptio*ni conformia*, occurrant: Etenim quem latet hodie-num, qui vel primis labris degustavit physicam schola-sticam, quod per naturam variæ *qualitates corporeæ* intelli-gantur & declamentur? de eo vero vicissim quæstio mo-vetur, an hic sit *verus sensus*, qui naturæ competit! ne-que etiam tyroneū medicinæ subter fugere aut latere pot-est, quod *Hippocrates* passim de *natura corporis* verba fa-ciatis; illud potius in quæstione est, an hic sit *verus sen-sus medicus* naturæ Hippocratis? quem vero porro latet quam *abusiva*, impropria, contorta, coacta & cæca sæpe hæc naturæ acceptio & accusatio passim sit, ut *qui affe-ctionem* alicujus subjecti aliter exprimere aut *effectum* in aliquo negotio aliter explicare, vel certas *conditiones* ali-ter denominare *nescit*, mox ad hoc *asylum* confugiat, & *naturam* hujus vel illius rei culpare & significare soleat, ita ut fermè notio naturæ *communis juris* facta fuerit, & *ens*, *natura*, *indoles*, *status* &c. vulgaribus illis nomini-bus accenseri debeant, quibus interdum obfcurum per-æque obfcurum indicatur: & hæc *simplicitas* in denomi-nandis circumstantiis, non satis *manifestis*, per generales & communes ejusmodi notiones ab ipsa *antiquitate* pro-manavit, utpote quæ distincta, perspicua & sufficienti *cognitione* causarum atque nexuum destituta ad ejusmo-di *generales* notiones configuit, adeo ut satis evidens *ignorantiae* proles atque testimonium sit, quando veteres de *natura corporis* locuti sunt, quippe quæ appellatio ipfis nihil aliud fuit, quam certa, peculiaris, principalis, selecta aut genericæ & *obscura* neque satis cognita *qualitas* rei & *corporis*, uti hodienum dici solet, es ist seine Art, seine Ma-tur,

tur, seine Eigenschaft, seine Qualität, oder es hat eine besondere Beschaffenheit darmit. Siquidem vicissim veteribus in more positum fuit, quasi in *compendio* & uno nomine totum *complexum* alicujus rei & corporis cum singulis notabilibus circumstantiis, *naturæ* notione denotare, quem *antiquatum* morem posteritas indies adhuc imitatur: non quidem operæ pretium esse duco latius conquirere & recensere, quomodo veteres & præcipue Hippocrates naturam applicaverint, ad partium & corporis qualitatem & quantitatem, ad partium imprimis sic dicta elementa, mixtionem, texturam, structuram, connexionem, figuram, numerum, magnitudinem, ut & ad varias earundem qualitates, & qualitatum rationes & modum essendi & existendi, siquidem passim de natura caloris, frigoris &c. & meditati & speculati sunt: utpote in qua naturæ appellatione & accusatione haud parci, quin rectius liberales fuerunt, quia *volubilis* hæc enunciatio *simplicitati* antiquitatis admodum conformis est: Quanquam vero passim venerabilis Senex naturæ corporis mentionem faciat, tamen assiduos lectores scriptorum Hippocraticorum minime latere potest, quanta discretione differat de natura corporis, & de illa altera natura, quæ usui *reali*, practico & exquisitè *medico* congruit, ita ut mox simplex contextus monstret, quod sensus naturæ *medicatrixis* Hippocrati longe nobilior fuerit, quam sensus nude *physicus* sive consideratio naturæ *corporeæ* in medicina: unde etiam cum eximia emphasi *Libr. de arte* dicit: *si quis enim artis facultatem adea quæ artis non sunt, aut naturæ, ad ea, ad quæ minimè apta est, requirat, is istud non intelligit magis ad insaniam cum ignorantia conjunctam, quam ad imperitiam accedere.* Unde etiam minime ipse Hippocrates tanta *prædicata* de natura corporis sive *physica* proponit, quanta de natura *medica*, sive *medicatrice* commendat atque describit: quod si etiam interdum senex ille cognitionem naturæ corporis

approbaverit & commendaverit, tunc minime judicandum est quasi hanc præ illa, morborum medicatrice natura, ad usus medicos collaudauerit, cum nullibi eadem elo-gia de corporis natura proferat, quæ de altera producit, ita ut Hippocrati, medicorum Principi, differentia eximia usitata sit, inter naturam, sine medico & arte, medicatricem & naturam corporis, quæ arte indiget: quod vero natura illa materialis, mere physica & corporea, sensui & usui medico non subserviat, neque Hippocratis natura morborum medicatrix existat, satis superque edocet, quod corpus læsum se ipsum restituere, curare, reparare, corrigere & reintegrare nequeat, aut quod natura corporis læsa & corrupta, sibi ipsi consilium & opem ferre non possit; ubi frustaneum est illud refugium & in angustiis conquisitum asylum advertere & applicare, quod nihilominus, hæc ita fiant, quia Deus ita voluerit fieri: in quo crasso & ab omni ingenua Philosophia alieno errore hæret Sydenhamius quando in Operibus Medicis de morbis acutis Sect. II. cap. 2. ad finem de natura hunc conceptum profitetur: Ego enim quoties naturam nomine toties causarum naturalium complexum quendam significare volo; quæ quidem causæ brutæ licet, atque omni consilio destitutæ, non tamen sine summo consilio reguntur, dum suas quæque operationes edunt, suosque effectus exequuntur: nimirum supremum illud Numen, cuius vi producta sunt omnia, & a cuius nutu dependent infinita sua sapientia sic disponit omnia, ut ad opera destinata, se certo quodam ordine atque methodo accingant, neque frustra quicquam molita, neque nisi quod optimum est ac toti rerum Fabricæ, suisque privatis naturis maxime accommodum exequentia perinde atque automata non pro suo sed artificis consilio moventur: ubi sane cum Theologo eximii nominis exclamare debeo: der liebe fromme Gott muß leider vielmahl der Bosheit und Blindheit der Menschen Deck-Mantel und Lücken-Büßer seyn: & licet Sydenhamius operationes naturæ medicas probè &

& accurate obseruaverit & commendaverit, tamen in eo
crasse aberravit, quod tam vulgarem & plebejum intelle-
ctum de natura prodat & tam celebres functiones, admi-
nistrations & directiones confuso modo *corporeis* affe-
ctionibus adsignet & in subsidium communis inscitiæ, ad
vim, nutum & voluntatem divini Numinis provocet: ende-
mius hic & perpetuus error est, quando demum in extre-
mis angustiis, dum rationales deductiones & connexiones
deficiunt, voluntas Dei accusatur, quasi hic fons verita-
tis *tunc* patronus & *protector* *falsissimorum* talium specu-
lationum esse debeat: absit a me longissime, ut Deum be-
nignissimum, cui sempiternus imo æternus honor, laus,
gloria & veneratio tribui debet, tantis *figmentis* & aliis
ludicris opinionibus dehonestem. Neque etiam porro
tam frivolè & præcipitanter sentiendum est, quod *notio*
Naturæ nudum quoddam refugium aut *asylum* constituat.
Siquidem ipsa vox subinde verum *characterem* atque *offi-
cium* Naturæ denotat, ut adeo minime ut sonus otiosus
aut in actu signato, sed in actu exercito accipi debeat, &
subinde natura id ipsum sit, quod per vocem Naturæ in-
dicatur, videlicet *principium generationis & conservationis*,
quippe qui sensus haud præjudiciosus, vanus aut sterilis
sed *realis* est: ob id potius infero, quod Hippocrates,
dum de *natura corporis* aut *natura corporea* loquitur, sen-
su *improprio*, abusivo & *imperfecto* nomine *naturæ* utatur,
utpote quæ non est *morborum medicatrix*, dum facultates
& qualitates corporis læsæ aut corpus læsum non mederi,
vel læsionem emendare & curare potest: unde rectius asse-
ro, quod dum Hippocrates de *Natura* juxta medicum sen-
sum loquitur, longe aliam imo digniorem causam intelli-
git, quam crudum, crassum *corpus*, ejusdemque affectio-
nes: quod vero ipse Senex non magis perspicue indicave-
rit, quænam illa natura sit, id condonandum est implicati-
oni antiquitatis, dum sententiæ de natura in diversas
partes abierunt: interea illud satis aperte cognosci potest,
quod

quod e diversis effectibus Hippocrates agnoverit & obser-
vaverit, naturam corporis non esse naturam morborum & me-
dico sensui accommodatam: & quis tantas potestates facile
naturae corporeae adscribere poterit, quales in exquisitis
morborum curationibus indies advertuntur, hinc ars famu-
latur naturae, & natura monstrat vias atque methodos, quas
ars imitari debet, imo ars ex sua potestate & quidem citra
naturae concursum non nisi crassissimos actus & effectus
committit, uti aperte Galenus de Constat. art. c. 12. profitetur:
Natura enim & Medicus eorum quae corpori boni causa sunt
audires existunt: sunt tamen alia naturae alia medicis negata
& concessa: naturae quidem impossibile est ita os confractum,
ut ejus partes a nativa sede aberrent membrumque distortum
sit corrigere & confirmare, quod medicis possibile est: quem-
admodum & luxatum medicus reponere potest, natura non pot-
est: contra cavum ulcus carne replere natura potest; medi-
cus non potest, sicut ex semicocca aut crudis aliquid concoquere:
sed in his medicus naturae famulatur. Et cum singulæ illæ
apparentes demonstrationes, quæ naturam corpoream
evincere debent, nullo modo cohæreant, aut sinceræ & fide
dignæ, sed valde contortæ & coactæ sint, ita minime inge-
nuum Senem culpare volo, quasi ob defectum sufficientis
cognitionis maxime physicæ præter naturam corpoream,
aliam sapientem & prudentem naturam agnoverit, & ac-
cuseaverit, utpote qui effectus, naturæ sapienti competen-
tes, non nisi naturae corporeæ tribui debeant: ast cum fun-
damentum hujus asserti infirmum existat & ante citata Sy-
denhamii opinio de natura supposititia sit & innumeris ob-
jectionibus solidis obnoxia, ita constanter assero, quod
natura corporea Hippocratis, non illa sit, quæ medico sen-
sui quadrat: Etenim ordines illi, successus, decursus, effe-
ctus & eventus, quotquot in actu, corpus conservante or-
dinario æque ac extraordinario conspicuntur, minimè a
necessitate quadam physica pendent, sed attiori directorio in-
digent: unde si quis venenum hauserit, tunc apparatus illi

extre-

extremè impetuosi emetici & cathartici neque à veneno
neque à structura corporis pendent, sed illam salubrita-
tem involvunt, quo perniciosum venenum sine ulla mo-
ra cum strenua & præcipiti activitate rejiciatur & è cor-
pore exterminetur, & licet in tali *extrema necessitate* a-
ctus & effectus quidam coincident, qui *proxime* cum ta-
li salutari eventu haud cohærent, tamen propterea iidem
non *irrationales* aut absolute confusi & tumultuarii sunt,
licet *irregulares* & sub tanta angustia vagi sint: quo
spectat parallelum exemplum, quod indies in *moralibus*
negotiis occurrit, quando quisquam in *extremo*
gradu commotionis patheticæ constitutus est, quomo-
do haud singulæ operationes *proxime* cum *scopo* con-
veniant, licet *generice* cum eodem cohærent &c. &c.
ex quibus brevi tantum prælibatione demonstro quod
I) Hippocrates in agnitione naturæ alio quam *Physico*
sensu accipiendæ, haud ignarus fuerit, quod II) natura
sensui *medico* accommodata, longe *dignior* sit, & quod
III) natura *corporea* non respondeat vero sensui *medico*
Hippocratico. Et quanquam numerosas hujus conside-
rationis demonstrationes proferre queam, tamen spati-
um & occasio hac vice plura non admittunt: Placuit hæc
pauca præmittere & prælibare, dum propositum est de-
scribere & publice commendare honestam prosapiam,
modestam indolem & laudabiles profectus

DNI. LUDOVICI JULII JAQVEMIN,
MEDICINÆ CANDIDATI DIGNISSIMI.

Natus hic est Brunsvigæ A. 1692. d. 22. Februarii. Patre
Viro Amplissimo *Dn. Petro Jaquemin*, Gallo ob
religionem profugo, & Matre Honestæ & virtutibus cla-
ra *Sybilla Catharina Dunckers Zellensi*: ab hisce suis lau-
datis parentibus in omnibus bonis moribus educatus,
quamprimum anni idonei acreverunt sincera cura Zel-
las missus est, quo in principiis fidei & studiorum ho-
nestorum rudimentis instrueretur, ubi etiam per lingu-

)()(

las

las Classes industriam suam admodum comprobavit donec A. 1706. eo usque profectus illius maturuere ut Primæ Classis discipulis annumeratus fuerit Rectore Viro Præcellentissimo Dn. M. Delio & Con-Rectore Viro Præclarissimo Dno. Overbeckio, quo tempore charissimi sui Patruelis Dni. Gaudon Summe beati Principis DOMINI GEORGII GVILIELMI Ducis Brunsvic. & Luneb. Sereniss. Capellæ Magistri hospitio & Favore usus est: postea in Patriam revocatus & in Gymnasium Martineum receptus sub laudabili industria Rectoris tunc temporis meritissimi Dni. Gebhardi (cujus ædibus etiam usus fuerat) & Con-Rectoris Dni. Pohlmanni studia sua continuavit:

Tandem An. 1709. Academiam Grœningensem adiit & d. 16. Septembr. studiosorum numero associatus est, Rectore t. t. Magnifico Dno. Alex. Arnoldo Pagenstechero Jcto: mox vero apud Excell. Dn. Rossal Philof. Prof. varia Collegia Philosophica sedulo frequentavit: deinde etiam studio Theologico operam dedit, & manu ducente Summe Rev. Dno. Hulsi S. S. Theol. D. & Prof. Prim. explicationem Comp. Theol. Joh. à Marck audivit. A. 1710. Fridericianam nostram accessit & d. 15. Maji sub Generoso & Consultissimo Dno. de Boden t. t. Magnifico Rectore in album studiosorum translatus est: postea Consult. Dn. Gundlingii & Dn. D. Rudigeri Collegia Philosophica, Excellent. Dn. Wolffii Collegia Mathematica & Physica cum singulari industria visitavit: In Theologicis & orientalibus linguis privatissima informatione Dni. M. Wurtzleri usus & proinde aliquoties hic loci in Ecclesia Gallica publicas sacras orationes five conciones habuit. Ob sanitatis & præcipue pectoris imbecillitatem sacrum hoc studium permutavit cum Medico & A. 1711. Jenam se contulit, ubi d. 28. Octobr. Rectore Magnif. Dn. Stevogtio Medico in numerum studiosorum receptus fuit: in qua celebri Academia Philosopha

phica studia continuavit, sub manuductione Virorum
Excell. & Clariss. Dnrum. Syrbii, Gerhardi & Stollii; in Ma-
thematicis vero Physicis & Geographicis B. Hambergeri
& Ehrenbergeri introductione usus est. In historicis Ex-
cell. Dn. Struvii fidelitatem expertus, & notitiam statuum
Imperii nostri Romano-Germanici ad ductum Celeb.
Cocceji hausit à Doctiss. Dno. Ricchardo Bibliothecæ Præ-
fecto. In Medico foro eximie celebrat Patrocinium &
dexteritatem Illustris Dni. Wedelii Senioris, quem in Ma-
teriam medicam, compositionem formularum, simplici-
um Notitiam & Politicam Medicam indefesse legentem,
cum multa voluptate & industria audivit: Deinde Excell.
Dn. D. Stegvoiti dexteritate in Anatomicis, Chirurgicis
& Botanicis fructus est, quem tria cadavera feminei &
unum masculini sexus exactè & publicè dissecantem vi-
dit: porro Exc. D. D. Wedelii junioris Favorem collaudat,
cujus convictorio & hospitio usus eundemque Institu-
tiones Medicas, Physiologiam, Pathologiam, chymiam,
compositionem formularum, methodum medendi ad
Walæi mentem & Semilogiam dextre & solide docentem
& in anatomia cadaveris masculini publica occupatum
sedulo adiit: Non minus adhuc varia collegia & totum
cursum medicum multo fervore & laudabili industria
pertractavit, ducibus Viris Excellentissimis Dn. D. Fickio,
Teichmeyero & Hilsbero: Quibus Collegiis singulis fe-
liciter finitis denique Collegium in B. Struvii Jurispru-
dentiam præeunte prælaudato D. D. F. G. Struvio B.
authoris dignissimo filio, ut & in eundem authorem
commentantem D. D. Progemannum frequentavit: deni-
que anno præterito denuo Mense Mayo nostram Acade-
miam petiit, & Excellentissimi Dn. D. Hoffmanni, Colle-
gæ Honoratissimi, Lectiones privatas in Therapiam Fe-
brium & Anatomię publicam indefesse visitavit: cuius
Favorem & fidelitatem etiam publice cum multa vene-
ratione confitetur: nec non iterata solertia Excellen-
tissimi

tissimi D. Wolffii Collegia Mathematica frequentavit: Me etiam privatissimo studio & labore in universam Praxin Medicam commentantem audivit. Præter singulam hanc eximiam & laude omnino dignam solertiam, Linguas, Gallicam, Italicam, & Anglicam, nec non alia honesta exercitia & Musicam excolluit. Posteaquam itaque hoc studium feliciter percurrit, & in qualibet scientia maxime vero Medica, egregios Profectus natus est, secum constituit in nostra Academia summos artis honores petere: ob id non modo Facultati nostræ sese singulari sua capacitate, eruditione & modestia probavit, sed & in consuetis examinibus talem exhibuit, qualem nobis ex hac tenus commemorata solertia promisimus, & quem tantis honoribus maxime dignum declaramus: Ultimum est quo Inaugurali Specimine *Curam per Expectationem* publica responsione & disputatione defendat, id quod b. c. d. proximo d. XXVIII. Maji fiet: Ad quem actum Solennem Magnificum Academiæ ProRectorem, Illusterrimos, Illustres, Summe Reverendos, Excellentissimos, Consultissimos, Amplissimos, Clarissimos, Spectatissimosque Patronos, Proceres, Hospites, Fautores & Cultores officiosissime & humanissime invito. P. P. Halæ Magdeb. d. XXVII.
Maj. A. O. R. MD. CC. XVIII.

